



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam
sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione
scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis
creberrimis roborata**

Colonie, 1506

VD16 T 655

Hostis herodes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

Per totū annū Fo. xix

id est a patre et filio (fidelis corde) .i. sincera intentione.

h Ostis herodes impie christum venire quod times. non eripit
mortalia qui regna dat caelestia.

¶ Materiam huius hymni est proclamatio quam facimus contra herodem. quod au-
dita christi natiuitate amittere regnum timuit. ideo multos pueros interfecit esse
mans se etiam christum interficere. Intentio auctoris est tractare de tribus miraculis
magnis que in die epiphie facta sunt. scilicet de trium magorum apparitione per stellam. de
aque in uinum transmutatione. et de christi baptismo in iordane. et etiam de pueris
per herodem interfectis. Et nota. quod hymnus iste perinuat superiora. ita. quod dixit
quod christus natus est. et passus est iacere in feno. unde herodes de natiuitate eius tur-
batus occidit multos pueros timens ne regnum suum amitteret. sed stulte fecit
quod ille qui rex regum et dominus dominantium non uenit ut ei regnum auferret. sed totum mun-
dum tantis criminibus inuolutum a peccatis liberaret. et hoc est quod dicitur (imprope ho-
stis quod) .i. cur (times christum venire) quod ipse (non eripit mortalia) regna (qui
dat caelestia regna)

Ibant magi (quam uiderant) stellam sequentes per uiam lumine re-
quirunt lumine deum fatentur munere.

(Magi) .i. reges (ibant) qui scilicet christum et adorare eum (sequentes stellam pres-
entiam) .i. procedere (quam uiderant) et (requirunt lumine) .i. christum (lumine) .i. cum stella
(et fatentur deum munere) .i. auro thure et myrrha.

Lauacra puri gurgitis caelestis agnus attigit. peccata que non de-
tulit nos ablucendo sustulit

Construe (Caelestis agnus) .i. christus (attigit) .i. suscepit (lauacra) .i.
baptismum (puri gurgitis) scilicet iordanis (sustulit) .i. abstulit a nobis (ablu-
endo) .i. mudando (nos) per baptismum (peccata) id est crimina (que) pec-
cata (non detulit) .i. secum non portauit. quod ipse mundus erat ab omni peccato
tam actuali quam originali

Nouum genus potentie. aque rubescunt hydrie. uinumque iussa fun-
dere mutauit uindam originem

Construe (Novum genus) .i. inauditum opus (potentie) .i. miraculorum
(aque) supple infuse (hydrie rubescunt) .i. rubere incipiunt (que) per et (uindam) .i.
aqua infusa hydrie (iussa) .i. precepta (fundere) .i. effundere (uinum) muta-
uit originem) .i. naturam suam. quod ad uerbum domini aqua facta est uinum.

a Ue maris stella dei mater alma atque semper uirgo felix
celi porta

¶ Materiam huius hymni est de saluatione beate uirginis facta ab an-
gelo sic dicente. Que gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.

D. I.